& facta uitis aliena; & in hoc consideranda clementia creatoris. quod qui
in euangelio dixit. ego sum uitis uera. discipulis quoque suis dederit & creden
tibus in se populo. ut uitis electa uel uera sint. si uoluerint in eo quod plantata est
s. permanere; Si laueris te nitro & multiplicaueris tibi herbam borith. ma
s. culata es in iniquitate tua coram me dicit dominus deus; pro herba borith. quam nos ut
in hebraico posita est uertimus. lxx transtulerunt ΠΟΑΝ. ut significarent
herbam fullonum. quae iuxta ritum prouinciae palestinae in uirentibus &
humectis nascitur locis. & ad lauandas sordes eandem uim habet quam nitrum;
nitrum autem nostrum & herba fullonis. paenitentia est; ecclesiasticus quoque
sermo qui arguit & increpat & corripit delinquentem. mordacioris nitri
habet similitudinem; qui uero leui peccatorum sorde maculatus est. le
uioribus purgatur monitis; porro peccata grauia quae ad mortem trahunt.
nec nitro nec herba borith. dilui possunt. sed grauioribus tormentis indigent;
uniuscuiusque enim opus quale sit ignis probabit & in igne reuelabitur;
pulchreque addidit. maculata es iniquitate tua in conspectu meo. quod etiam
si hominibus munda uidearis. mihi munda non sis qui noui conscientias sin
gulorum; unde & in alio loco dicitur; Non iustificabitur in conspectu tuo
s. omnis uiuens; Quomodo dicis. non sum polluta. post baalim non abii. uide uias VIII
s. tuas in conualle. siue ualle quae hebraice dicitur GE; & a lxx interpretatur
ΠΟΛΥΑΝΔΡΙΟΝ. quod sermone nostro dici potest. sepulchrum multitudinis;
frustra inquit non uis confiteri scelera tua & iactas munditiam quae idololatriae
pollutae sordibus & inpudenter negas te coluisse idolum bahalim; respice con
uallem filiorum ennom quod siloe fontibus inrigatur. & ibi cernis delubrum
s. bahal quem relicto deo uenerata es; quod quoque additur; scito quid feceris. clausos oculos

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0029